

# ACTA SS. CONGREGATIONUM

## SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

### DECRETUM

#### PRÖSCRIPTIO LIBRORUM

*Feria IV, die 16 Decembris 1959*

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii Emi ac Revmi Domini Cardinales rebus fidei ac morum tutandis prae-positi, praehabito Consultorum voto, damnarunt atque in Indicem librorum prohibitorum inserendum mandarunt opus anonymum, quattuor complectens volumina, quorum primum :

*Il Poema di Gesù* (Tipografia Editrice M. Pisani, Isola del Liri) ;  
reliqua vero

*Il Poema dell'Uomo-Dio* (Ibidem)  
inscribuntur.

Feria autem VI, die 18 eiusdem mensis et anni, SSmus D. N. D. Ioannes Divina Providentia PP. XXIII, in Audientia Emo ac Revmo Dno Cardinali Secretario S. Officii concessa, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem adprobavit et publicari iussit.

Datum Roma, ex aedibus S. Officii, die 5 Ianuarii 1960.

Sebastianus Másala, *Notarius*